

20.) (1).

VERS. 19. — SUFFICIS מְסִיפִים ad verbum, *suffientes nos sub. femine* (quorum lui magna copia, sup. hic 15). SINE VIRIS NOSTRIS, id est, ignorantibus viris nostris. AD LÉTIFICANDUM EAM (2), etc., vel, ut *gramm. illi faceremus, simul ut coleremus eam.*

VERS. 21. — ET ASCENDIT, sub. *suffites*, q. d., an pulatis talium suffitium Dominum non recordari?

VERS. 22. — UT NON etc., vel, *eo quod nemo, etc.*

VERS. 23. — PRÆCEPTIS, statutis. EVENIT, accidit.

VERS. 25. — FACIENS FACIENS, cum sedulitate adimplebimus. vel, certissime faciemus, vel invitis, omnibus. (Vid. supra, Jer. 5, 11.)

VERS. 26. — SI ERIT ULTRA, etc., q. d.: Disperam si posthac miserero ut quisquam è Judaicis juret per nomen meum in tota regione Ægypti: sunt enim nomine meo indigni (et id ne ultra fiat, abolebo eos omnes. Grot.).

Sunt rursum Hebraicè docti, qui retinent *regine* significacionem, et per reginam cœli intelligunt solem, idque, ut videtur, aptissime. Una ratio est, quia sol longè præstat lunæ, idèque principatus soli erit tribuendus. Deinde sol Hebr. est feminini generis, idèque potius regina quam rex appellatur. Tertio, quia sol in Ægypto, ubi id temporis erant Judæi, erat in summâ veneratione. Unde etiam civitatem ex ejus nomine edificatam habebat, quæ vocatur *Eliensis*, id est, civitas solis. Denique quia si luna diceretur regina cœli, multo magis consensus meum fuit solem dici regem cœli, et ut talem venerari. Interim quidem etiam regnam cœli intelligunt fortunam, de quo vide, si placeat, Alexandrum ab Alexandro lib. 4 Genialium dierum.

Sed imprimis historia hujus capitis docet nos quam sit periculosum versari aut commemorari in societate malorum; præsertim hereticorum. Videmus enim Judæos vix ingressos terram Ægypti, quin statim ad idola illius terræ conversi fuerint. Doctrina huic temporî valde opportuna; quando videmus tam multos, Catholicos aliqui, quasi securos in medio hereticorum habitare: quorum quotidianâ consuetudine, commercio, et colloquio fieri vix potest, quin sepe numero malevole contrahantur, et inquinant eorum conscientia. Habitat vix quidem Abraham inter Chananeos, et Loth in Sodomis, sed quis se eis comparat? (Estius.)

(1) VERS. 18. — EX... ego cessavimus, etc. Calamitates Deo imputant, et mutata religioni. Sic initio Evangelii, si qua calamitas acciderat, culpa in Christum conjiciebatur. (Calvinus.)

(2) SYRUS interpres huic versui, explanationis causâ, hæc verba præmisit: *Et responderant omnes mulieres ac dixerant, c. Masculinum suffientes ponitur pro feminino, quia quod mulieres spectatum dixerunt id, c. compendii quod, in sermone totius cœtis referretur.* C. B. Michaelis. Conf. vers. 15, ubi ille mulieres cœtis magis vocatur. NEM SINE MARITIS NOSTRIS? id est, necis et invitis ipsis? Ita Isai. 56, 20: *Nam invito Jova ascendi in terram hæc?* Fatentur mulieres, se reginæ cœli sacra facere, sed consensu maritis suis, qui sciant, bene hoc fieri; conf. vers. 13. IN

CAPIT. XLV.

1. Verbum quod locutus est Jeremias propheta ad Baruch filium Nerie, cum scripsisset verba hæc in libro ex ore Jeremie, anno quarto Joacim filii Josie regis Juda, dicens:

2. Hæc dicit Dominus Deus Israel ad te, Baruch:

3. Dixisti: Vae misero mihi, quoniam addidit Do-

VERS. 27. — FESTINO (1), vel, *vigilo super, etc.* Hebraismus; appare mala et calamitates contra eos, non bona. (Vid. supra, 1, 11.)

VERS. 28. — EYASORES GLADI. Hebraismus, qui effugit gladium: quibus gladius pepererit. VITÆ PAUCI. (Vid. Deut. 4, 27, et Isai. 21, 17.) STRALIATUR, ad verbum stabit, id est, verificabitur: meus sermo, quo prædico illis calamitatem, an illorum, quo sibi iniquitatem permittunt.

VERS. 29. — VISITEM. VISITATURUS SUM. CONFIRMANDO CONFIRMABITUR, ad verbum, stando stabunt, id est, revera adimplebuntur quæ prædixi vobis adversa.

VERS. 30. — CUPERA. Cognomen est Pharaonis, quem quidam existimant alium fuisse à Nechao. Chaldaeus paraph. interpretatur *contritum ut fractum*. (Apriem fuisse conjicit Calmet: quippe quem constat ex Herodoto, l. 2, c. 161, et seq., ab Amasi è solo fuisse deturbatum; præterquam quod fidem faciunt, sive Ezech. 29, et seq. Ægyptum à Nabuchodonosore acerrimo bello fuisse petitam, sive Josephus, Antiq. 10, 11, ejus regem annis quinque post eversam Jerusalem regno et vitâ ab eodem fuisse privatam. Favet etiam nominum similitudo. Vid. supra, 37, 5, et infra, 47, 1.)

explicandâ voce *Lehaatsibah, ad libandam*, dissentiant interpretes. Mihi quidem simplicissimum videtur *leatsibah, formando, scilicet, effingendo eam*, scilicet reginam cœli, lunam interpretari. Solent videlicet illa effigiem ejus nunius referre, cui consecrata erant. Ita Graecorum lune erant placente late et cornuta, ad speciem lunæ primam apparentis efformate, quæ lunæ deæ et Diane afferebantur; vid. Lackemacheri, Antiq. Græc. p. 5, cap. 1, § 15, et Poteri, Archæol. Græc. t. 1, p. 315, vers. teuton. Similiter Jarchi exponit *typos expressos ad similitudinem idoli*. (Rosenmüller.) (1) JURAVI (juro) IN NOMINE MEO MAGNO, id est, per nomen meum magnum, puta per immensam meam majestatem; alii, per nomen meum proprium, quod est Jehova.

QUIA NEQUAQUAM ULTRA VOCABITUR: quod non permittam, ut quisquam ex Judæis in Ægypto juret per nomen meum, quia occidam eos, vel captivos duam in Babylonem, fœcis exceptis, qui redierint in Judæam; prostris enim indigni sunt qui ore impuro nominent nomen meum sanctum, q. d.: Nolo illud ab eis nominari et polli. Ita Lyræus, Hugo, Dionysus, Castrius, et alii passim.

Appositè Sanchez: Non putabant, inquit, neque cupiebant Judæi apud externos Ægyptios longam moram trahere; sed id agebant, ut, quando meliorem statum habere videretur res Judaica, in patriam redirent, ubi sicut parentes olim, sic ipsi verum colerent Deum, et per ejus nomen sancte et legitime de more jurarent. Id ergo negat Deus, edicente fore, ut neque in patriam redeant, neque religionem antiquam rejiciant, quam impie prodiderunt, sed in Ægypto à Chaldaeis conciniantur. Verba ergo textus sic ordiant, q. d.: Nequam nomen meum vocabit, jurabique per me vir Judæus, qui est in totâ terrâ Ægypti. (Corn. à Lap.)

CHAPITRE XLV.

1. Parole que le prophète Jérémie dit à Baruch, fils de Nerias, lorsqu'il eut écrit dans un livre ces paroles que Jérémie lui dictait, la quatrième année de Joacim, fils de Josias, roi de Juda: Jérémie lui dit:

2. Voici ce que le Seigneur Dieu d'Israël vous dit à vous, ô Baruch:

3. Vous avez dit: Hélas, que je suis malheureux!

minus dolorem dolori meo: laboravi in gemitu meo, et requiem non inveni.

4. Hæc dicit Dominus: Sic dices ad eum: Ecce quos ædificavi, ego destruo: et quos plantavi, ego evello, et universam terram hæc.

5. Et tu quæris tibi grandia? noli quærere: quia ecce ego adducam malum super omnem carnem, ait Dominus: et dabo tibi animam tuam in salutem, in omnibus locis, ad quæcumque perrexeris.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Verbum quod locutus est Irmeiah propheta ad Baruch filium Neriah, cum scripsisset verba hæc in libro ex ore Irmeiah, anno quarto Jehoiaçim filii Josiah regis Iehudah, dicendo: — 2. Sic dixit Dominus Deus Israel ad te, Baruch: — 3. Dixisti: Vae nunc mihi, quoniam addit Dominus tristitiam super dolorem meum: laboravi in gemitu meo, et requiem non inveni. — 4. Sic dices ad eum: Sic dixit Dominus: Ecce quos ædificavi ego destruo et quos plantavi, evello, et universam terram ipsam. — 5. Et tu quæris tibi grandia? ne quæras: quia ecce ego adducam malum super omnem carnem, dixit Dominus: et dabo tibi animam tuam in predam in omnibus locis, ad quæ perrexeris.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — VERBUM QUOD LOCUTUS EST, id est, Prophetia quam prophetavit. Ordo historiae non servatur; nam quæ hic narratur, octodecim annis antequam urbem caperetur, prædicta fuere, anno videlicet quarto Joacim qui undecim annis regnavit. Nam si undecim annis regni Sedeciae addeceris septem ex annis Joacim, constitues octodecim. AD BARUCH, vel, *de Baruch*. (Absolutis prophetis ad regem ac populum pertinentibus, subjungitur una peculiaris, Grotius; ad id temporis probabiliter referenda quo Baruch post excerptas ab ore magistri prophetias, supra 56, 4, ad necem cum eo à Joacim conquistus, ibid. 26, illas ipsas jussu regis combustas jussus est à magistro rescribere, ibid. 32, et iterum regis offensam (duplicem, infra, hic 5, mortis causam) incurere, Tirin., post Lyræum et à Lapide.) (1).

VERS. 5. — LABORAVI IN GEMITU MEO (2), vel, *fati-*

(1) VERS. 2. — HÆC DICIT DOMINUS DEUS ISRAEL. Hic dicit Rab. Sal. quod iste Baruch ferebat molestè quod ipse non erat assuetus spiritum prophetie: quid dicit servierat Jeremie, sicut Josue minister Moysi, et Eliseus minister Elie consecuti fuerunt donum prophetie. (Lyræus.)

(2) DOLORUM DOLORI MEO, id est, dolorem alium super alium sine fine; cum enim puto me ex uno dolore relevatum, alius mihi dolor nascitur. R. David, et R. Selom. dicunt Baruch duplici de causâ doluisse, et quod tam diu Jeremie prophetæ ministrasset, et nondum spiritus prophetie sibi datus esset, cum datus esset olim Josue ministro Moysi, et Eliseo ministro Elie: et quod adhuc quæreretur, ut conjiceretur in impiet prodiderunt, sed in Ægypto à Chaldaeis conciniantur. Verba ergo textus sic ordiant, q. d.: Nequam nomen meum vocabit, jurabique per me vir Judæus, qui est in totâ terrâ Ægypti. (Corn. à Lap.)

Le Seigneur m'a ajouté douleur sur douleur: je me suis lassé à force de gémir, et je ne puis trouver de repos.

4. Voici ce que vous lui direz, dit le Seigneur: Je vais détruire ceux que j'ai édifiés, je vais arracher ceux que j'ai plantés, et je perdrai toute cette terre.

5. Et après cela, cherchez-vous pour vous-même quelque chose de grand? N'en cherchez point; car j'accablerai de maux tous les hommes, dit le Seigneur; et en même temps je vous conserverai la vie, et je vous sauverai, en quelque lieu que vous vous retirerez.

1. Verbum quod locutus est Irmeiah propheta ad Baruch filium Neriah, cum scripsisset verba hæc in libro ex ore Irmeiah, anno quarto Jehoiaçim filii Josiah regis Iehudah, dicendo: — 2. Sic dixit Dominus Deus Israel ad te, Baruch: — 3. Dixisti: Vae nunc mihi, quoniam addit Dominus tristitiam super dolorem meum: laboravi in gemitu meo, et requiem non inveni. — 4. Sic dices ad eum: Sic dixit Dominus: Ecce quos ædificavi ego destruo et quos plantavi, evello, et universam terram ipsam. — 5. Et tu quæris tibi grandia? ne quæras: quia ecce ego adducam malum super omnem carnem, dixit Dominus: et dabo tibi animam tuam in predam in omnibus locis, ad quæ perrexeris.

VERS. 4. — QUOS ÆDIFICAVI (1), etc., q. d., partim occidentur, partim exultant; nam domus non transferuntur ut arbores. (Vid. supra, 1, 11, q. d.: cum totum hoc regnum malis à me immissis exerceatur, tu solus grandia, id est, quietem raram et exquisitam quæras? Menochius.) Tu ergo quæres tibi grandia? id est, donum prophetie. Ita Rabbin. *Mais, dit Calmet, laissez ces rêveries. N'est-ce pas demander une assez grande prérogative que de prétendre être exempt de maux lorsque son peuple et sa patrie avaient été réduits aux dernières extrémités?*

VERS. 5. — DABO TIBI (2), etc., q. d.: Aliud conse-

gatus sum flendo: flevi ad lassitudinem usque. (Vid. Ps. 6, 7.)

APPONE INIQUITATEM SUPER INIQUITATEM EORUM, id est, magis ac magis eos puni. Iniquitas pro pœna iniquitatis, ut sapè observavimus. (Maldonatus.)

(1) QUÆ ÆDIFICAVI EGO DESTRUO, regnum hoc totum, tantâ meâ curâ inchoatum, auctum, defensum, ornatum, everto. ET QUOS PLANTAVI, EGO EVELLO; intelligitur populus Israeliticus, quem in terrâ suâ veluti plantam in ambrissimum fundo collocaverat; conf. Exod. 15, 17. Totam videlicet hæc terram destruat; explanatio causâ addit Chaldaicus: *Et totam terram Israelitæ, quæ mea est, Syrus: Et totam terram vastaturus sum; Græcus Alexandrinus hæc verba non expressit. Gocceius: Et cum totâ terrâ illud, scilicet, dicit, J. D. Machielis: Et tota terra tollit, id est, ita de illa agitur. — Venema: Tota terra hoc est, scilicet de quo dixi me eradice quod plantavi. (Rosenmüller.)*

(2) QUÆRES TIBI GRANDIA? Scilicet, minus prophete tandi, ait Vatabl. et Hebræi. Secundo et melius, grandia scilicet requiem et vitam prosperam sine dolore, molestiâ et periculo. Ita Theodoret. Grandia ergo vocat raram, exquisitam et superfluum quietem: ut solus Baruch, populo toto afflictissimo quoque futuro, evellendo, et in captivitatem ituro, odio frueretur, nec se exponeret periculo, legendo librum populo, sed solus in Jerusalem miseranda, omni malo metueque liber viveret, q. d.: Ignavus es, miles, qui pro salute populi non audes vitam exponere, solus vis otiosi, nil vis patri pro conversione et salute populi. Et esto quod parum ad populum quæras; tenta altem, et quod tui est muneris facito atque cogita: si populares mei tam dira passuri sunt, quidni et ego leve aliquid patiar cum eis et pro eis? Nam, ut ait Sapient: Sicu-

queris à me, nimirum vitam incolorem, aliis Judæis pereuntibus : quæ vita erit tibi tam grata, quam mili-

aus ad solatium, ita homo ad laborem et dolorem natus est, ut scilicet multa dura agat et patiatur. Preclarè Aristides tom. 2 Orat. Rhodiaca: *Solum, ait, calamitates reddidit letiores exemplum. Idem ibidem: Sicut index, ait, curam probat, sic viros fortes examinat calamitates.*

Ita Hillebrandus cardinalis et Archid. S. R. F. qui postea Pontifex creatus, dictus est Gregorius VII, obiecti B. Petro Damiani volenti relinquere cardinalatum et episcopatum Ostiensem, ac se recipere ad monasterii quietem: *Ecce Petrus, inquit, latibulum querit, et sub colore penitentia, Romæ subterfugere querit accessum: lucrari machinatur de inobedienciâ otium, et, cæteris in bella ramentibus, hic sibi degeneris umbræ querit operam.* Cui quid Petrus responderit, videre est epist. ejus decimâ ad Alexandrum II, pontif. et Hillebrandum archidiaconum, ubi inter cætera ait, sibi pro refutato episcopatu à pontifice injunctam fuisse centum annorum penitentiam, quæ erat, ut quotidie recitandum psalmum *Miserere* continenter faceret discipulum, id est, seipsum flagellaret, inque per centum annos, si tot viveret: quam penitentiam ipse uno anno redemit, nimirum pro singulis dies toties, puta centies, disciplinam pro spatium psalmi *Miserere* iterando, ut in fine anni numerum prædictum exæquaret, in idem alibi de se scribit.

Ita Christus Apostolus eorumque sequaces vocavit, non ad otium, sed ad agones: non ad honores, sed ad contemptus: non ad securitatem, sed ad pericula terræ marique ulvis locorum subeunda. Fixum hoc certamine sibi præstitit P. Gonsalvus Sylveria à Societate nostrâ: nobilis genere (fuit enim filius comitis de Sortella in Lusitania) sed nobilior assiduis laboribus, et tandem glorioso martyrio, quod in Monomotapa obiit. Hic enim in litteris ad P. Cotinum datus ita scribit: *Desidero medicare, et nil comedere nisi ositiam emendicatum; audire confessiones perpe-*

CAPITULUM XLVI.

1. Quod factum est verbum Domini ad Jeremiam prophetam contra gentes.

2. Ad Ægyptum, adversum exercitum Pharaonis Necho regis Ægypti, qui erat juxta fluvium Euphratem in Charcamis, quem percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, in quarto anno Joakim filii Josie regis Juda.

3. Præparate seutum et clypeum, et procedite ad bellum.

4. Jungite equos, et ascendite, equites: state in galeis, polite lanceas, induite vos loriceis.

5. Quid igitur? vidi ipsos pavidos, et terga vertentes, fortes eorum cesos: fugerunt conciti, nec respexerunt: terror undique, ait Dominus.

6. Non fugiat velox, nec salvari se putet fortis: ad aquilonem juxta flumen Euphratem victi sunt, et ruerunt.

7. Quis est iste, qui quasi flumen ascendit, et veluti fluviorum intumescunt gurgites ejus?

8. Ægyptus, fluminis instar ascendit, et velut flumina movebuntur lances ejus, et dicit: Ascendens operiam terram: perdam civitatem, et habitatores ejus.

9. Ascendite equos, et exsultate in curribus, et procedant fortes, Æthiopia, et Libyes tenentes scutum, et Lydii arripientes et facientes sagittas.

libus grata esse solent spolia. (Vid. supra, 21, 9.)

tim, donec nullus superis paritens quem audiam; vigilare usque dum nil operis restet; concipi usque ad rævum; mortificare me usque ad mortem. Nam ego in horum executione mori possum: sed cum quidam Dei non refrigeram, nunquam lassabor, sed jugiter quæram modoseque, quibus semper crucifixus sum cum Christo Jesu. Sic S. Theresâ auditv dilectique à Christo: Filia, meritum non consistit in fruendo, sed in operando, patiendo, amando. Paulus dicitur senex rapus in paradysum: sed multoties posuit. Mater mea curavit à Simone: Tuum ipsius animam pertransibit gladius. Majoribus scabitis Deus majores dat: eras. Ovesera ipsa assidue orabat: Domine, da poti aut mori.

Sapienter dixit B. P. Francisc. Borgia, tertius Societatis nostræ præpositus generalis, tria hæc consueverat esse et promotura Societatem nostram. Primò, orationem: hæc enim omnes unit capiti, ac consequenter omnes unit inter se. Tertio, persecutiones: hæc enim à mundo nos avellunt, nosque nobis uniant, ut actus nostros ita componamus, ne hostes vel amuli nostri habeant quod eripiant. Sicut ergo in hinc arbores se contrahunt, necquique et calorem à ramis ad radicem revocant; itaque eam magis in terrâ firmam, munim et roborant: sic et homo in persecutione à solatio hominum revocatur ad se, et ad cor, illudque magis in virtute et Deo deligit et roborat. Hæc tria pariter conservant et promoven virtutem ejusque humilis et sancti. Celebre est emblema: *Præmium ex labore.* Audi Claudian. in epithal. Honorii:

Nec quisquam fructus veris odoribus, Hyblæis apibus aut spoliatis favos, Si fronti caveat, si timeat rubos. Armat spina rosas, mella tegunt apes, Crescunt difficili gaudia jurgio.
Dabo tibi animam tuam in salutem, sylvam; Hebr. in spoliis; Septuag. in lucrum. Verè Aschylus:
Hinc qui laborat nomen adesse solet.

(Cor. à Lap.)

CAPITULUM XLVI.

1. Parole du Seigneur au prophète Jérémie contre les nations.

2. Contre l'Égypte, et contre l'armée de Pharaon-Nécho, roi d'Égypte, qui était près du fleuve de l'Euphrate à Charcamis, qui fut défait par Nabuchodonosor, roi de Babylone, la quatrième année de Joakim, fils de Josias, roi de Juda.

3. Préparez les écus et les boucliers, et marchez au combat.

4. Attendez vos chariots de guerre; cavaliers, montez sur vos coursiers; mettez vos casques, faites reluire vos lances, revêtez-vous de vos cuirasses.

5. Mais quoi! je les vois tout effrayés; ils tournent le dos; les plus vaillants sont taillés en pièces; ils se précipitent dans la fuite, sans regarder derrière eux; la terreur les environne de toutes parts, dit le Seigneur.

6. Que les plus vites à la course n'espèrent rien de leur fuite, et que les plus forts n'espèrent pas pouvoir se sauver; ils ont été vaincus vers l'aquilon, sur le bord de l'Euphrate; ils ont été renversés par terre.

7. Qui est celui-ci, qui s'élève comme un fleuve et qui s'enfle comme les flots des grandes rivières?

8. L'Égypte se grossit comme un fleuve, et ses vagues écumant comme celles des grandes rivières; elle dit en elle-même: Je ferai monter mes eaux, et je couvrirai toute la terre; je perdrai la ville et ceux qui l'habitent.

9. Montez à cheval, courez sur vos chariots de guerre, que les vaillants s'avancent, et avec eux les Éthiopiens et les Libyens armés de leurs boucliers, et les Lydiens armés de leurs arcs et lançant leurs flèches.

10. Dies autem ille Domini Dei exercituum, dies ultionis, ut sumat vindictam de inimicis suis: devorabit gladius, et saturabitur, et inebriabitur sanguine eorum: victima enim Domini Dei exercituum in terrâ aquilonis juxta flumen Euphratem.

11. Ascende in Galaad, et tolle resinam, virgo filia Ægypti: frustra multiplicas medicamina, sanitas non erit tibi.

12. Audierunt gentes ignominiam tuam, et ululatus tuus: reverit terram: quia fortis impetit in fortem, et ambo pariter conderunt.

13. Verbum quod locutus est Dominus ad Jeremiam prophetam, super eo quod venturus esset Nabuchodonosor rex Babylonis, et percussurus terram Ægypti.

14. Annuntiate Ægypto, et audium facite in Magdalo, et resonet in Memphis, et in Taphnis, dicite: Sta, et prepara te: quia devorabit gladius ea que per circuitum tuum sunt.

15. Quare computruit fortis tuus? non stetit, quoniam Dominus subvertit eum.

16. Multiplicavit ruentes, ceciditque vir ad proximum suum, et dicit: Surgit, et revertamur ad populum nostrum, et ad terram nativitatibus nostræ; à facie gladii columba.

17. Vocate nomen Pharaonis regis Ægypti: Tumultum adduxit tempus.

18. Vivo ego (inquit rex, Dominus exercituum nomen ejus), quoniam sicut Thabor in montibus, et sicut Carmelus in mari, veniet.

19. Vasa transmigratorum fac tibi, habitatrix filia Ægypti: quia Memphis in solitudinem erit, et descrevit et inhabitabilis erit.

20. Vitula elegans atque formosa Ægyptus: stimulator ab aquilone veniet ei.

21. Mercenarii quoque ejus, qui versabantur in medio ejus, quasi vituli saginati versi sunt, et fugerunt simul, nec stare poterunt: quia dies interfectionis eorum venit super eos, tempus visitationis eorum.

22. Vox ejus quasi eris sonabit: quoniam cum exercitu properabunt, et cum securibus venient ei, quasi cedentes ligna.

23. Succiderunt saltum ejus, ait Dominus, qui supputari non potest: multiplicati sunt super locustas, et non est e's numerus.

24. Confusa est filia Ægypti, et tradita in manus populi aquilonis.

25. Dixit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego visitabo super omnium Alexandria, et super Pharaonem et super Ægyptum, et super deos ejus, et super reges ejus, et super Pharaonem, et super eos qui confidunt in eo.

26. Et dabo eos in manus querentium animam eorum, et in manus Nabuchodonosor regis Babylonis, et in manus servorum ejus: et post hæc habitabitur sicut diebus pristinis, ait Dominus.

27. Et tu ne timeas, serve meus Jacob, et ne paveas, Israel: quia ecce ego salvum te faciam de linguo, et semini tuum de terrâ captivitatis tuæ: et

10. Mais ce jour-là est le jour du Seigneur, du Dieu des armées; c'est le jour de la vengeance, où il se vengera lui-même de ses ennemis: l'épée dévorera leur chair, et s'en rassasiera, et elle s'enivrera de leur sang; car c'est la victime du Seigneur, du Dieu des armées, qui sera égorgée au pays de l'aquilon sur le bord de l'Euphrate.

11. Montez en Galaad, et prenez du baume, ô virge, fille de l'Égypte: en vain vous multipliez les remèdes, vous ne guérez point de vos plaies.

12. Le bruit de votre honteuse fuite s'est fait entendre parmi les nations; et vos hurlements ont rempli le monde, parce que le fort a choqué le fort, et qu'ils se sont tous deux renversés par terre.

13. Parole que le Seigneur dit au prophète Jérémie, sur ce que Nabuchodonosor, roi de Babylone, devait venir en Égypte, et tailler en pièces les Égyptiens:

14. Annoncez en Égypte, faites entendre votre voix à Magdalo, et faites-la retentir à Memphis et à Thaphnis, et dites: Présentez-vous en armes, et tenez-vous tout prêts, parce que l'épée a déjà dévoré tout ce qui est autour de vous.

15. Pourquoi les plus vaillants d'entre vous sont-ils pourris sur la terre? Ils n'ont pu demeurer fermes, parce que le Seigneur les a renversés.

16. Ils sont tombés en foule; ils ont été terrassés les uns sur les autres, et ils ont dit: Allons, retournons à notre peuple et au pays de notre naissance, et fuyons devant l'épée de la colonne.

17. Appelez à l'avenir Pharaon, roi d'Égypte: Le temps-a-approché le tumulte.

18. Je jure par moi-même, dit le roi, qui a pour nom le Seigneur des armées, que Nabuchodonosor venant paraitra comme le Thabor entre les montagnes, et comme le Carmel qui commande à la mer.

19. O fille habitante de l'Égypte, préparez ce qui doit vous servir dans votre captivité, parce que Memphis sera réduite en un désert; elle sera abandonnée, et elle deviendra inhabitable.

20. L'Égypte est comme une génisse belle et agréable; celui qui doit la piquer avec l'aiguillon viendra du pays du nord.

21. Les soldats étrangers qu'elle entretenait, qui étaient au milieu d'elle comme des veaux qu'on engraisse, se sont tournés tout d'un coup, et ont pris la fuite, sans pouvoir demeurer fermes; parce que le temps était venu où ils devaient être égorgés, le temps où Dieu devait les visiter.

22. La voix de ses ennemis retentira comme la trompette; ils marcheront en hâte avec une grande armée, et ils viendront avec des cognées, comme ceux qui vont abattre des arbres.

23. Ils couperont par le pied, dit le Seigneur, les grands arbres de sa forêt, qui étaient sans nombre; leur armée sera comme une multitude de sautrelles qui est innombrable.

24. La fille d'Égypte est convertie de confusion, et elle a été livrée entre les mains du peuple d'aquilon.

25. Le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël, a dit: Je vais visiter le tumulte d'Alexandrie. Je visiterai Pharaon et l'Égypte, ses dieux et ses rois, Pharaon et ceux qui mettent leur confiance en lui.

26. Je les livrerai entre les mains de ceux qui cherchent à leur ôter la vie, entre les mains de Nabuchodonosor, roi de Babylone, et entre les mains de ses serviteurs; et après cela je ferai encore habiter l'Égypte comme elle était autrefois, dit le Seigneur.

27. Et quant à vous, Jacob mon serviteur, ne craignez point: et vous, Israël, ne vous épouvantez point, parce que, quelque loin que vous soyez, je vous sauverai, et je tirerai vos enfants du pays où vous êtes captifs; et semini tuum de terrâ captivitatis tuæ: et

revertetur Jacob, et requiescet, et prosperabitur: et non erit qui extirpet eum.

28. Et tu noli timere, serve meus Jacob, ait Dominus: quia tecum ego sum, quia ego consumam cunctas gentes, ad quas ejeci te: tu verò non consumam sed castigabo te in iudicio, nec quasi innocenti parcam tibi.

TRANSLATIO EX HEBREO.

1. Quod fuit verbum Domini ad Irmeialu prophetam contra omnes gentes. — 2. Ad Ægyptum, adversam exercitum Paroh Necho regis Ægypti, qui erat iuxta flumen Perath in Charchemis, quem percussit Nebuchadresar rex Babel, anno quarto Iehoiaçim filii Iosialu regis Iehudah: — 5. Preparate scutum, et clypeum, et accedite ad bellum. — 4. Jungite equos, et ascendite, equites: et consistite cum galeis, polite lanceas, induite vos loriceis. — 5. Cur videtis eos pavidos? conversi sunt retrorsum, et fortes eorum contriti sunt, et fugā fugerunt, et non respuerunt: terror undique, dixit Dominus. — 6. Ne fugiat levis, nec evadat fortis: ad aquilonem iuxta ripam fluminis Perath impegurunt et ceciderunt. — 7. Quis est iste qui tanquam fluvius ascendit: veluti flumina commovebuntur aque ejus? — 8. Ægyptus tanquam fluvius ascendit, et veluti flumina movebuntur aque ejus, et dixit: Ascendat, operiam terram: perdam civitatem, et habitantes in eā. — 9. Ascendite equos, et insanite currus, et egrediantur fortes, Chus, et Put apprehendentes scutum, et Ludim apprehendentes, et tendentes arcum. — 10. Dies autem ipsa Domino Deo exercituum, dies ultionis, ut ulciscatur se de hostibus suis: et devorabit gladius, et saturabitur, et inebriabitur sanguine eorum: cedes enim Domino Deo exercituum in terrā Aquilonis ad flumen Perath. — 11. Ascende in Gilad, et tolle theriacam, virgo filia Ægypti: frustra multiplicabis medicamina, sanitas non erit tibi. — 12. Audierunt gentes ignominiam tuam, et clamor tuus replevit terram: quia fortis in fortem impegurunt, pariter ceciderunt ambo. — 13. Verbum quod locutus est Dominus ad Irmeialu prophetam, eod quod veniret Nebuchadresar rex Babel ad percipiendum terram Ægypti: — 14. Annuntiate in Ægypto, et audiat facie in Migdol, et audiat facie in Noph, et in Thachpanches, dicite: Sta, et prepara te quia devorabit gladius circuitum tuum. — 15. Quare propulsatus est fortis tuus? non stetit, quoniam Dominus propulsavit eum. — 16. Multiplicavit ruentem, etiam cecidit unusquisque in proximum suum; et dixerunt: Surge, et revertamur ad populum nostrum, et ad terram natalitatis nostræ, à facie gladii opprimentis. — 17. Clamaverunt ibi: Paroh rex Ægypti, strepitus; transire fecit tempus. — 18. Vivo ego (inquit rex Dominus exercituum nomen ejus), quoniam sicut Thabor in montibus, et sicut Charmel in mari, veniet. — 19. Vasa transmigratoris fac tibi, habitatrix filia Ægypti, quia Noph in solitudinem erit, et desolabitur, ut non sit habitator. — 20. Ut vitula formosa Ægyptus: excisio ab Aquilone venit, venit. — 21. Etiam milites ejus, mercede conducti sunt in medio ejus, veluti vituli saginati, profecto etiam ipsi verterunt se, fugerunt simul, et non steterunt: quia dies contritionis eorum venit super eos, tempus visitationis eorum. — 22. Vox ejus quasi serpentis incedet: quoniam cum exercitu pergunt, et cum securibus venient ei, tanquam excisores lignorum. — 23. Saccidet sylvam ejus, ait Dominus, quia non investigabitur: multiplicabuntur enim magis quam locustæ, nec erit eis numerus. — 24. Pudore affecta est filia Ægypti, tradita est in manum populi Aquilonis. — 25. Dixit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce visito Amon de No, et Paroh, et Ægyptum, et deos ejus, et reges ejus, et Paroh, et fidentes ei. — 26. Et dabo eos in manum querentium animam eorum, et in manum Nebuchadresar regis Babel, et in manum servorum ejus: et post hæc habitabitur secundum dies antiquos, dixit Dominus. — 27. Et tu ne timeas, serve mihi Iacob, et ne paveas, Israel: quia ecce ego saluum facio te de longinquo, et semen tuum de terrā captivitatis eorum: et revertetur Iacob, et requiescet et felix erit: et non erit qui extirpet. — 28. Tu inquam ne timeas, serve mihi Iacob, ait Dominus: quia tecum sum, quia faciam consummationem in cunctis gentibus ad quas ejeci te: in te autem non faciam consummationem, sed castigabo te in iudicio, et excidendo non excidam te.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — QUOD FUIT (1), etc. (Vid. supra, 14, 1.)

(1) CONTRA GENTES. Dicitur fuerat Jeremia: *Ecce constitui te super gentes et regna, etc.* Sed primum ostendit quæ Judææ terræ eventura erant. *Judicium enim à domo Dei incipit.* Nunc memorat gentes quæ in circuitu ejus sunt. *Ægyptus* ad meridiem occidentalem sita est, *Palæstina* ad occidentem meridionalem, *Moab* ad orientem meridionalem, *Amon* ad orientem septentrionalem, *Edom* ultra *Moab* ad orientem meridionalem, *Damascus* ad septentrionem occidentalem, *Asor* ad septentrionem orientalem, *Babylon* et *Etiam* ultra *Damascus*, *Asor* ad orientem aquilonarem. Contra hæc novem regna prophetat. Primum autem prophetat contra Ægyptum, eod quod rex

tout lui rëussira heureusement, et il n'y aura plus personne qui lui donne de la crainte.

28. N'ayez point de peur, vous, mon serviteur Jacob, dit le Seigneur, parce que je suis avec vous; car je perdrai tous les peuples parmi lesquels je vous ai banni; et pour vous, je ne vous perdrai point; mais je vous châtièrai avec une juste modération, sans néanmoins vous épargner, comme si vous étiez innocent.

Judeos prophetavit: posthæc, contra alios populos, id est, contra novem incircumcisorum regna est prophetatus (cum quibus aliquid erat negotii Judeis. Clericus). Est enim Dominus, non solum Judeorum Dominus, sed etiam Gentilium.

VERS. 2. — AD ÆGYPTUM. (Post titulum generalem, sequitur specialis, ad, vel contra Ægyptum. Grot.) Necno. Chaldaeus paraph. interpretatur *claudum*. Prædicit hic victoriam quam Nabuchodonosor reportavit de Pharaone Necho, multis ante expugnationem urbis Jerusolymitanæ annis (1). (Vid. 2 Reg. 23, 29, et seq. Joseph. Ant. 1. 10, c. 7.)

VERS. 5. — PREPARATE SCUTUM. Classicum canit propheta Ægyptiis, in quo ostendit quid faciant, et in quo fiduciam ponant: ac si dicat: Instruite aciem eorum qui clypeos et peltas gestant, Ægyptiis, et estote parati: bellum enim, et quidem quærentium imminet. Mox verò ut ad congressum ventum est, metum eorum ostendit.

VERS. 4. — JUNGITE, ad verbum, *ligate*, sub. *curribus falcatis*. (Pagninus, *sternite*.) LANCEAS (2), vel *aciem*, sub. *hastarum*.

citum morit, et victor evasit: de quo bello præsens propheta loquitur. *Necno cum multis milibus perit; et obtinuit rex Nabuchodonosor anno regni sui quarto omnem Syriam usque ad Pelusium, præter Judæam: qui tamen et Joacham sibi timens anno regni octavo tributarius factus est.* (Clarius.)

(1) PHARAONIS NECHAO. Qui Necos Herodoto. Regnavit in Ægypto Nabuchodonosoris temporibus, Josia primum, inde Joakimo regnantis in Judæa. Hic Necho in Ægypti regnum successit Psammitichus, et Vaphres sive Apries. Necho Nabuchodonosorem bello læcessavit; deinde eam injuriam ultum iovit, ingressusque Galen Syriam, perdomitis Ammonitis et Moabit, de quibus Vaticinia sequuntur, adortus Ægyptum, magnam ejus partem tenuit; atque inde in Africam profectus est, prætextu belli sumpto quod Atri Ægyptus adjuvisset. Hæc sunt quæ colligimus ex 2 Reg. 25, circa finem, et 24, 7, et ex Megasthene ac Strabone, collatis cum eo quod infra habemus 9, et cum Josepho. Partem Ægypti aliquam jam ante et Nabuchodonosor pater tenuerat Nabopolassar, ut ex Beroso discimus. In GRÆCIS. Quod *Ceresium* Ammiano, ut diximus ad 2 Par. 35, 20. Eau partem Syriæ sibi vendicabat Ægyptus, ut apparet 2 Par. 35, 20. PERCUSSIT. Prælo vidit, jam diximus.

(2) ALLIGATE EQUOS, scilicet, curribus bellicis, falcatis, vid. ad ps. 20, 8. Eadem phrasia elliptica Reg. 18, 24; 2 Reg. 9, 21. Chaldaeus *instruite equos verit*. Syrus: *Frena injicite equis*. Quod sequitur *lerè vertunt*: ASCENDITE, EQUITES, scilicet equos, Grotius: *Vos equites ascendite currus falcatos*. Ægyptios equitatu valuisse constat, vid. Exod. 35, 7, Deut. 17, 16. *Polite lanceas*, et *purgate eas à rubigine*, ut coruscet et acuminatior fiat; sic verbum פָּרַס de vasorum armorum purgatione et dicitur Levit. 6, 21. *Kimchi*. *Alexandurgatione* et dicitur Levit. 6, 21. *Non eum*, inquit *drimus*: *Exerite hastas vestras*. Non eum, inquit *J. D. Michælis*, et *plurè danturaverit*. *Nimis serum* est, et *polius dirigenda* et *vibranda sunt*. Quod jisto subtilius monetur, neque enim poeta est ad vivum resuscandus. Quod simpliciter dicitur fuisse: *preparate vos et accingimini ad strenuè pugnam*, per singula describit et exornat, nullo respectu habito ad ordinem, quo singula fieri debent. Græcum interpretem verbi Arabici significatum respexisse, vehe-

VERS. 5. — VIDI, sub. *propheticus spiritu*. PAVIDOS, vel *contritos*, aut per futurum, *quid ipsi conterentur, aut paridi erunt, et ET FUGA FUGERENT*, etc. Significat tam trepidam fuisse fugam, ut ad aspericent quidem eos qui persèquebantur ipsos.

VERS. 6. — NE FUGIAT LEVIS, etc., q. d., ne speret fugā servare se posse miles leviter armature, ut alacritate pedum valens: neque arbitretur strenuus evadere se posse suâ fortitudine, pugnando aut resistendo. AD AQUILONEM. (Intra hic, 10.)

VERS. 7. — TANQUAM FLUVIUS. (Vid. Isai. 8, 8, et Dan. 11, 10.) ASCENDET, pro *ascendit*, et *cujus aquæ commoveantur*, vel, *agitant se*, seu impetum faciunt, veluti flumina? Scipsum declarat versu sequenti. Animosi, inquit, et instruiti veniunt Ægyptiis, insolentem et gloriantur de victoriâ nuper: sed mox metum concussit fugium. Est autem ironia, q. d., etiamsi socios et equos feroces multiplicaveritis, nunquam evadetis.

VERS. 8. — ASCENDAM, etc., ut ad regem referatur. OPERIAM (præ multitudine, scilicet), vel, *delebo*. CIVITATEM, urbem, sub. Charchamis.

VERS. 9. — ET INSANITE, id est, hinc illuc sine ratione et modo currite, sub. ad conflictum, more amensium. CHUS, etc. (Conjungi solent cum Ægypto hi tres populi. Vid. Ezech. 50, 5, Dan. 11, 43 et Nabum 5, 9, proinde erant vicini, et impenetrantur fortè ut suscepit alias, confederati.) APPREHENDENTES, etc., id est, ferentes scutum, sive qui in bello ut solent clypeis. (Quæ erat Ægyptiorum armatura, sed usque ad pedes porrecta, teste Xenophonte, Cyrop. 1. 6 et 7, Symp. 1.) LUDIM. (Vid. Isai. 66, 19.) APPREHENDENTES, etc., id est, sagittarii.

VERS. 10. — DOMINO, id est, in gratiam Domini, vel, auctore Domino. CEDES ENIM, etc., id est, strages futura est à Domino in agro Charchamis, sito ad aquilonem, respectu Ægypti.

VERS. 11. — THERIACAM. (Vid. supra 8, 22.) Prædicit in hoc versu gravitatem poenæ Ægyptiorum, q. d.: Ægyptiis, proficiscimini in Galaaditidem abundantem opobalsamo, et illius opobalsamum vobis compare ad sananda vulnera quæ à Chaldaeis esset accepturi. VIRGO, id est, quæ antea non fuisse violata ab hostibus. (Vid. Isai. 48, 2.) SANITAS NOX ERIT TIBI. Curatio non est tibi, q. d., accipies incurabilem plagam.

VERS. 12. — CLAMOR TUUS, quem scilicet edes cum vinceris à Chaldaeis. FORTIS, vel, *strenuus* (1).

VERS. 13. — EO QUOD VENIRET, vel, *ad adventu*, id est, quod venturus esset Nabuchodonosor rex Baby-

menter dubito, sed eum suo modo sensum liberè expressisse existimo. (Rosenmuller.)

(1) ADIERUNT GENTES. Pervenit fasa ad omnes gentes, te ignominiose, et turpiter à Chaldaeis victam. LULLATUS TUUS, quem edes, cum vinceris, audietur per totum terrarum orbem, hyperbolicè. FORTIS IMPEGIT IN FORTEM, id est, fortissimus quisque Ægyptus adeo celeriter fugiet, ut in alium fortissimum quemque impingens, cum illo pariter contrahat. Significat tantam futuram esse fugientium pressuram, ut alii alios dejiciant, concitent, occidant. Ita R. David.

loniorum. PERCUTIENDUM, subjugandum. (Eadem expeditione que sup. 44, 50. Calmet.)

VERS. 14. — ANNUNTIATE, sub. *futurum bellum*. (Vid. supra, 44, 1.) PREPARATE, sub. *ad excipiendum impetum Gaa. aeorum*. QUIA, etc., jam enim gladius devoravit circuitum tuum, id est, urbes regionis tue vicinas.

VERS. 15. — PROPULSATUS EST (1), etc., vel, *repulsus est unusquisque fortium tuorum? non resistet: nam Dominus impulit eum*. Singulare pro plurali.

